

Trun, poi parlò sier Marco Foscari savio a Terra ferma. Fu presa, *videlicet* di darli le tanse.

In questa matina, fo principiato in Quarantia criminal il caso di sier . . . e Polo Diedo qu. sier Antonio da Ruigo, quali è più mexi fo retenuti a requisition di Sinici sier Bernardo Donado, Francesco Minio et Orio Venier, et parloe, et introduce il caso sier Francesco Minio. È processo di 200 carte: li fa opposition, ha amazato 4 homeni de li, violato done, intendersi con inimici al tempo di la guera etc. Et cussi si andarà continuando a lezer et expedirlo.

A dì ultimo. La matina nulla fu da conto, nì lettera alcuna. Da poi disnar, fo Consejo di X con Zonta, et prima feno li Cai per il mese di Marzo 1521, sier Zorzi Pixani dotor e cavalier, sier Marco Orio nuovo, sier Jacomo Michiel, non più stato ordenario, ma ben fu electo per uno zorno. Fono sopra le cose di la Zecha, e feno a ricever li ori uno soprastante nominato

Fo posta una gratia di sier Alvise da Riva, di sier Bernardin, è Sopragastaldo, voria tornar Soracomo, come l'andò una altra volta, in loco di sier Vicenzo suo fradello, per parte presa in Pregadi; ma hora non fu presa la dita gratia.

402

Serenissimo Regi electo Imperatori.

Ea semper nobis fuit erga Cesaream et Catholicam Majestatem Vestram singularis observantia, pariterque ejusdem in nos benevoli animi affectus usque adeo innotuit, ut de omnibus ijs quæ læta et jucunda Majestati Vestrae accident perinde fieri participes videamus, ac si eadem nobis ipsis inde contingenter: unde factum est, ut quum novissime intelligeremus Serenissimam sororem Majestatis Vestrae Serenissimo Hungariae Regi nupsisse, pariterque Illustrissimum ejusdem Majestatis Vestrae fratrem illius Serenissimi Regis sororem illustrissimam in uxorem duxisse, magnam subinde præsenserimus lætitiam et jucunditatem, quo quidem felicissimo conjugio nobis imo universæ christianæ religioni erit sperandum, ut sicuti coniuges ipsos florida etate parres longoque regum stemmate genus æque ducentes, ceterisque vere regibus cum corporis tum animi dotibus pulchre inter se intelligimus convenire, ita ad promerendum de universa christiana republica mutua illis sit animorum consensio atque coniunctio. Quapropter pro nostra erga Cesaream et Catholicam Majestatem Vestram perpetua observantia, nostras diximus esse partes eidem his literis nostris summopere gratulari, Deum optimum maximum

præcantes, ut hæ nuptiae tali auspicio sint institutæ ac stipulatae, ut conjugibus ipsis eorum regnis et populis sint usui et voluptati, ceterisque christianis omnibus pariant et confirmant perennem pacem et tranquilitatem.

Serenissimo Hungariae Regi.

Ingentem animo concepimus lætitiam ubi primum ex oratoris istius nostri litteris proxime adivimus nuptias inter Regiam Celsitudinem vestram et serenissimam Mariam Cesaream et Catholicam Majestatis sororem interque illustrissimum Ferdinandum ejusdem unicum fratrem et Illustrissimam Annam Majestatis Vestrae sororem auspicatissime fuisse celebratas; nam si quas mutua duo ista connubia duosque reges ac principes potentissimos præclarissimis ortos natalibus tam arcto necessitudinis vinculo copulatos animo voluerit, si sponsas sponsaque ætati virenti et integra ad transigendum hoc auspicatum connubium, ad procurandam regiam so bolem maxime aptos, si fructus denique et comoda quæ christianis omnibus inde provenient diligentius considerarit, nihil . . . reperiet quod sit isto vere regio matrimonio vel nobilius vel preclarius vel majore laude dignius. Quare factum est ut per ea qua semper Serenissimæ Majestatis vestrae progenitores hereditario quodam jure prosecuti sumus, in præsenti eadem prosequimur benivolentia et obser vantia. Nihil prius aut antiquius simus arbitrati, quod his nostris litteris eidem Majestati Vestrae etiam atque etiam summopere gratulari, atque eo quod ubentius, quod sumus in spe fore ut Majestas vestra novo isto adjuncta conjugio, quod fortunatissimum esse et cupimus et optamus, Cesareaeque et Catholicæ Majestatis (ut par est) consilio auctoritate et viribus adiuta, de universa christiana religione facilius poterit promererri.

402*

Serenissimo Regi domino Ferdinando archidiuchi Austræ infanti Hispaniarum etc.

Postea quam vobis nuperrime nunciatum est Majestatem Vestram connubio junctam esse serenissimæ Anne serenissimi Hungarie regis sorori, omnibus speciosissimæ, itidemque serenissimus ille rex Majestatis Vestrae sororem in uxorem accepisse, certe pro nostra erga Catholicam et Cesaream Majestatem perpetua observantia, pariterque erga Majestatem Vestram singulari nostro benevoli animi affectu, mirum in modum sumus lætati. Non sive sponsas